

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Matthaeus Voland Johann Hallervord

Enneas Positionum Philologicarum

Rostochi[i]: Richelius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729617580>

Druck Freier  Zugang



Ru. phil 1645
Matthäus Voland
Thomae Mückevoirt



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729617580/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729617580/phys_0002)

DFG

ENNEAS
Positionum Philologicarum

Quas
DEO Aspirante
In Academiâ Patriâ

s u b
Eximii & Clarissimi
Dn. M. MATTHÆI VOLAND
Præsidio

Placida examinationi subiicit
JOHANNES HALLERVORD

Rostochio-Meckelburgensis.

Habebitur ea in Auditorio Majori
d. i. Octobrū.

ROSTROCHI
Typis Johannis Richelij, Senat: Typ.
ANNO CLX IOC XLV.



VIRO

Excellentissimo, Clarissimo & Experientissimo

Dn. HIERONYMO SCHULTZIO,

Medicinæ Doctori Regiomonti celeberrimo, Sereniss:

Majestatis Pol: & Svec: Medico Ordinario; Fautoris,
Promotori & Benefactori suo magno,

Nec non

*Plurimum Reverendo, Clarissimo, Do-
ctissimoq;*

Dn. M. JOACHIMO GOLDBACHIO

Pastori Neuhausensi in Borussiâ per viginti & quod ex-
currat annos fidelissimo, Fautoris itidem amicoq; colendo
& honorando.

*Hoc quicquid est chartacei munerū ad at-
testandam si non facultatem, attamen vo-
luntatem ad servitia quārū devindissimam*

D. D. D.

Johannes Hallervord
Rostochio-Mecklenburgensis.

Aut, & Respond:



Positionum.

1. Iris etiam ante tempora diluvii existit.

Sunt nonnulli inter Theologos Physicosq; statuentes, Iridem demum post diluvium exordium sumisse, à Deoq; post fædus cum Noacho sanctum in nubibus positam esse. Contra verò plurimi rectius eam etiam ante diluvium fuisse apparuisseq; sentiunt, quibus & nos nostrum subjicimus calculum. Gerhardus in Comment: in Genes: c. 9. utriusq; sententiae rationes in proscenium producit, sed decisivam non apponit; inclinare tamen videtur ad posteriorem. Et res est in apri-
co; cum enim eadem adfuerint causæ, quid obstabit, quo minus idem effe etus insecurus fuerit. Cui uberior Iridis cognitio est in delitiis consulere poterit Gerhardum dicto loco. Rivetum in h. l. Excerit: 60. Sperlingum in Institut: Phys: l. 5. p. 972. præprimis illum naturæ genium Aristotelem l. 3. Meteor c. 4. p. 794. seqq: ubi, pro more suo, accuratissimè naturam & accidentalia Iridis de-
pinxit.

2. Verba Gen. 4. v. 1. יְהִי־אֵשׁ וּלְדָרֶךְ pos- sumus interpretari per appositionem: Posedi virum Dominum.

Hic plurimos tam Interpretum quam Commentato-
rum aliam & ab hac nostrâ diversam videmus com-
minisci explicationem. Targum Onkelos reddit: יְהִי
אֵשׁ וּלְדָרֶךְ id est, possedi virum coram Domino LXX
εκποιησαι ἀνθρώπον διὰ τῆς θεοῦ, quibus cum consentit vulga-

tus vertens: possedi hominem per Deum. Versionem
vulgatam sequuntur omnes primitivæ Ecclesiæ Patres.
Chrysostomus, Ambrosius, Augustinus &c: reddentes
~~per~~ ^{per} Deum, exponuntq; illud de gratiâ, auxilio
& favore divino, quos ~~uata~~ ^{no}da sequuntur Philipp:
Melancht: & Grotius in annotat: in h. l. Ab his omni-
bus verbo, non re abludunt recentiores è Calvinianis
pleriq; omnes. Ex quibus Piscator, Paræus & alii reddunt:
à Domino: quorū sententiâ amplecti videntur Junius &
Tremellius, nisi quod Ellypsin literæ nō introducant, dicentes
~~per~~ loco ^{per} posicium esse, idq; corroborare sat agunt
ex Gen. 44. v. 4. & Deut. 34. v. 1. Rivetus Excercitaz:
42. in Genesin, & Amama in antibarb: biblico super
h. l. quamvis fateantur & certissimum esse dicant vocu-
lam ~~per~~ ut plurimum esse notam accusativi casus, at-
tamen cum Mercero, Drusio & aliis, per particulam CUM
eam vertere discipiunt, non quod pueri in fabâ se repe-
risse existimantes, dum loca in quibus ~~per~~ exhi-
candum venit, ex scriptu à producere queunt Gen 5. v.
22, Exod. 1. v. 1. Calvinus pro suo, quo totus exæstuavit
novitatis studio, & h. l. novam plane comminiscitur in-
terpretationem reddens: Possedi virum DOMINO.
Verem hi ad unum omnes non nobis satisfaciunt. Nam
Targum Onkelos quod spectat, dicimus authorem ejus-
dem agere Interpretem tantum, & ut talem à veritatis
scopo defl. et potuisse. Et hinc liquidum evadit, quid-
nam de Patrium sententiâ sit judicandum, nam cum scien-
tiâ linguæ sanctæ penè omnes fuerint destituti & à LXX.
& versione vulgatâ seducti, aliam hujus loci exposicio-
nem dare non valuerunt. Si verò nos posthabito fonte
horum rivulos sectari mallemus, idem faceremus, quām
si relietâ viâ planâ simplici q; sinuosos mæandros sequa-
mur

mur, & auri loco culmos paleasq; amplectamur, quod
stolidum esse existimavit Heraclitus, citante Aristot: l.
10. Eth. c. 5. Calvinus expositionem per appositionem
reddentium, per ironiam quidem nominat admodum
subtilem; verum nos merito illius crassam, non $\alpha\gamma\tau\alpha$
 $\varphi\alpha\sigma\mu\nu\omega\varsigma$, sed $\alpha\lambda\eta\theta\omega\varsigma$ indigitamus. Authoritati restantium
Authoritatem opponimus. Nam à partibus nostris stant
omnes Theologi nostriates; quorum antesignanum fa-
cimus $\alpha\lambda\eta\theta\omega\varsigma$ nostrum Lutherum, qui quamvis in e-
ditio: 1. reddiderit: *Ich habe den Mann des Herrn/* atta-
men in editione posteriori eam emendavit, reddiditq;
Ich habe den Mann den Herrn/ quam satis confirmavit
Tom: 8. Jen. Germ. de ult: verbis David. Hunc re-
cto ordine sequuntur, Brentius, Selneccerus, Rungias,
Gesnerus, Gerhardus in h. l. Glassius. l. 5. Philolog: fact:
disput: de Protevang: p. 896. Waltherus in Officinâ
Bibl: p. 675.

Rationem unam arq; alteram subiectemus. Proba-
mus igitur. 1. Ex personæ dicentis conditione. Loquitur
enim hic Eva, quæ brevi Mater omnium viventium fa-
lurata erat, cuiq; promissio erat facta de semine contri-
turo caput serpentis. Hinc spē & fiduciâ plena, læta &
exultabunda exclamat. Posedi virum Dominum, h. e.
Messiam, humani generis redemptorem. 2. Ex particulâ
 $\tau\pi\eta$ genuina & usitatissimâ significatione. Nemo enim
negantium choro assurgentium iuficiari poterit ut pluri-
mum & ordinariè particulam $\tau\pi\eta$ esse notam accusativi
casus, ut inter alia plurima exempla cernere licet ex pre-
cedenti c. 3: v. 24. & c. 4, hujus v. l. Ab hac igitur ordi-
nariâ significatione sine urgente necessitate discedendum
non est. 3. Ex appositiâ vocula $\tau\pi\eta$ non leve ducitur argu-
mentum. Quatuor nominibus Homo in literaturâ He-

bræà venit. 1. enim vocatur אָרֶן q. terrenus 2. אַנְוֹת q.
infirmus. 3. מִתְּחַדֵּשׁ q. oppressi. 4. רָזֶב q. robustus. Ex his
tria priora significata hominem describunt à sua miseria
& calamitate, vox tamen שָׁנָה ejus præstantiam, robur &
excellentiam describit. Hinc Mosi tribuitur Deut. 33. v.
1. & Elize 2. Reg. 1. v. 9. virtuosumq; significat 1. Sam. 4.
v. 9. 1. Reg. 2. v. 2. Cum itaq; & Eva de puerulo recens
nato hanc insignem vocem usurpet, utiq; eximii quid
eam respexitse diffitendū non est, ipsum imo Messiam in-
digitasce, quippe qui & aliis in locis quoq; שָׁנָה vocatur
ut Ex: 15. v. 3. יְהִי־מְלֹא־כָל־הָרָקֶד Act. 2. v. 22. וְיָגֹעַ אֲמִתָּה
Jos. 5. v. 13. absolute dicitur שָׁנָה ut & Zach. 6. v. 12. Hinc
Cabalistæ per רְאֵשׁ־תְּבוּנָה seu initialis literas varia in
hac voce mysteria quærunt, dicentes talēm שָׁנָה hic de-
scribi, qui humeris suis portet שָׁנָה terram, שָׁנָה mare &
שָׁנָה cœlos, qui sic שָׁנָה sustentator יְהִי־דָמָן dominus &
שָׁנָה omnipotens vel שָׁנָה h. e. pater charus
pacis, sine quo שָׁנָה nil nisi שָׁנָה nobis remaneat. Hæc illi,
in multis quidem mendaces, ast in hoc veraces. 4. Ex
linguæ Hebreæ indole & naturâ: ea enim paſsim appo-
ſitionem per particulam שָׁנָה exprimere solet. vid. Gen.
22. v. 2. c. 26. v. 34. c. 48 v. 1. Esth. 9. v. 7. 8. seq. præpri-
mis huc quadrat locus Jer 17. v. 13. & Ezech. 4. v. 1. Plura
qui volet de hac controversiâ ab utraq; parte Authorcs
citatos consulat, rationem cum ratione conferat, sic ve-
ritatem clarius conspiciet, contraria enim juxta se posita
magis eluescunt, dicente Philosophorum Principe Ari-
stotele. l. 2. de cælo c. 6. t. 40. l. 3. Rhet; c. 2. & l. 5. Ethic,
Nicomach. c. 1.

3. Noah prater tres filios antediluvianos *S E M*
H A M, J A P H E T, plures genuit liberos.

Sunt nonnulli quibus arridet sententia negatiya, statu-
entes

entes Noachum non plures tribus his genuisse, idq; ex eo probare satagunt, cum scripturam nullorum meminisse dicant. Verum à scripturæ silentio ad negandam rem ipsam imbecillis est consequentia. Affirmativam igitur stabilire videntur sequentia. 1. Benedictio Dei tām Noacho, quam Filiis data Gen. 9. v. 1. 2. seqq. 2. Rei necessitas, ut enim iterum multiplicatio fieret generis humani aquis duluvianis ad octo usq; extincti, opus erat non sterilibus, sed fæcundis hominibus. 3. Scripturæ testimonium. Cap. 9. Gen. v. 18. exstat vox לֹא נִצְבֵּה quā tacitè distinguit scriptura inter liberos Noachi antediluvianos & post illud natos.

4. Jephtha verè immolavit filiam
Jud. ii. v. 39.

Augustinus I. 7. questionum V. T. quæst: 49. super lib. Jud. ait: De facto Jephthæ in neutram partem sententiam Scriptura protulit, ut noster intellectus in judicando excereretur. Hoc Augustini quam verè sit dictum, satis superq; comprobant edocentq; sententialum & opinionum hoc de facto distrepantia: Existimant enim nonnulli Jephtham filiam non immolasse, sed perpetuæ virginitati devovisse: hanc ambabus, quod ajunt, ulnis amplectuntur Papicola, quo meliori prætextu vota sua virginalia defendant. Ast non solum hi, sed etiam Orthodoxorum plurimi eam mordicus tuentur, inter quos & numerandus venit Exc: Glassius, qui in Phil. factum R. D. Kunchi particulas disjunctivè exponit, & cum hoc Calviniani pleriq; omnes.

Ast positionem nostram huic oppositam sequentibus probamus.

I. Ex textu ipso, dicit enim Jephtha, v. 31. לֹא נִצְבֵּה.

וְהַעֲלֹתָה שְׁלֵמָה & erit domino, & ascendere illud faciam ascensione, sive offeram in holocaustum.

2. Ex gestibus Jephthæ. v. 35. qui satis præ se ferunt mortem filiæ.

3. Ex pētitione filiæ. Petit n. v. 37. ut defleat virginitatem, quam non deflere opus fuisset, nisi mors immisisset.

4. Ex facto sociarum, quæ quotannis eam mortuam deplorarunt, vel (ut aliis placet) threnodias de morte illa miserrimâ instituerunt v. 50.

5. Ex consensu interpretum & commentatorum, tam veterum, quam recentiorum, quorum integrum catalogum lege ap: Baldovium in Casibus Conscientiæ p. 189. & apud Waltherum in officinâ Biblicâ p. 934. seqq. Vulgata simpliciter reddidit. Eum holocaustum offeram Domino; quam plurimos impulisse, ut oblationem filiæ in holocaustum simpliciter crederent, existimat Drusius annot. in h. l. Targum reddit quoq; ut textus hebræus, per duplex וְרֹא יְהוָה קָרְבָּן הַלְּאֵנָה & erit ante Dominum & ascendere faciam id holocaustum. LXX. οὐαὶ τῷ κυρίᾳ κατὰ τὸν ὄντος στόματον ὀλογύνωμε. Consule in contrarium sentientem Hugo-Grotium annotat: in h. l.

5. Vociς Πτεράς optima derivatio traditur ea, que eam desumit à præpositione Πτερά & σοῖς q ad substantiam accedens.

Vocem hanc quod spectat, cernimus neq; in hujus derivatione hominum opiniones concordare, dum nonnulli eam idem quod ~~πτερά~~ πτερά peculiari, denotare contendunt, quasi sermo sit de pane cælesti, & super-substantiali. Nonnulli verò per vocem adveniens exponunt derivantes eam ab επειμι, Sed retinemus maxime

xime consuetam & usitatam sententiam, quæ eam ex πτη
πτη deducit (neq; valet objectio dicentium, si ex præ-
positione descensum sortiretur, dicendū esse εἰσέσθαι, nam
ultima præpositionis litera, ut Grammatica Græca & Au-
thoritates nos informant, non semper absorbetur, ita
πτη πτη est ap. Homer. complaceo, πτη πτη æquitas ap.
Aristot. l. 5. Eth. Nicom. c. 14. & πτη πτη bonus, æquus. ibid.)
similia enim hinc descendunt, ut Αἱρέσθαι essentia carens,
εἰσέσθαι substantia inhaerens, εἰσέσθαι alterius vel diversæ
essentie &c. Hac cum expositione tota antiquitas consen- 3.
tit, ut Chrysost. in orat. Dom. πτη πτη i.e. πτη πτη πτη
πτη πτη πτη πτη Suidas (teste Stephano in Lex.) o πτη
πτη πτη πτη πτη πτη πτη Basilius, πτη πτη πτη πτη
πτη πτη πτη πτη πτη πτη Theoph. πτη πτη πτη πτη
πτη πτη πτη πτη πτη πτη Lucas, Matthæi mentem ex- 4.
posuisse videtur dum c. II. v. 3. add. πτη πτη πτη πτη πτη
πτη πτη πτη πτη πτη πτη πτη Da nobis panem iudicantia nostre
hodie, à πτη πτη πτη πτη πτη πτη πτη opus habuit Matth. 9, 12. I. Joh. 3, 17.
facem his omnibus allucet illud quod Prov. 30, 8, quod Prov. 30, 8, habetur, 6.
quod evolvi poterit.

6. *Apostolus binominis fuit à primis annis, Paulus
Saulus dictus, Latino & Hebraeo nomine.*

A postolum dupli nomine insigniri nemo est qui infi-
ciari queat, neq; hoc unquam in dubium est vocatum,
quippe cum expressa adsit litera Actor. 13. v. 9. Verum de
tempore quo natus sit nomina hæc maximè controverti-
tur. Hieronymus enim existimat initio eum tantum Sau-
lum dictum fuisse, postea vero cum Paulum Sergium Pro-
consulem primum omnium ex gentilismo ad christianis-
mum

B

mum perduxisset, illius nomen assūmisse, cum hoc con-
fentit Augustinus, ambo utrosq; opinionem amplectuntur
Salmeron & Cornel; à Lāpide. Alii, inter quos est Chry-
sostomus, arbitrantur Paulum in ipsa conversione ita di-
ctum esse, loco nominis Sauli, & hoc à Deo ipso, qvem
admodum & Simonem Cepham, seu Petrum appellavit,
Johan. i. v. 43. Alii, inter quos Bezan exp̄r̄s̄ nōmina-
mus, contendunt esse Idiotisnum Lingue: quemadmo-
dum enim Hebraicē dico ψων. Græcē ιωάννης. Latinē Jo-
hannes. Germanicē Hans. Aut Græcē Νικόλαος. Latinē
Nicolaus. Germanicē Nīkōlās. & sic consequen-
ter, mutatis nonnihil nominum inflexionibus: interim ta-
men unum permanet nomen, pro idiomatum ratione va-
riatum. Pariter Paulum & Saulum unum idemq; esse no-
men, ita ut, quem Hebræi nominant Ιωάννης hunc Latini &
Græci Paulum, non nihil variato nominis principio, dicti-
tent. Alii demum (nostro quidem judicio) rectius eum
à teneris unguiculis binominem cum Origine, habent.
Quæ probatur: 1. A recepta consuetudine & communi
usu. Plurimi enim fuere binomines, ut Matthæus, quo-
que Levi dictus est &c. 2. A testimonia Lucæ, qui illud
innuere videtur, Actor. 13. v. 9. 3. Ab Apostoli prosapiâ
& Patriâ. Fuit enim ē tribu Benjamin. Phil. 3. v. 5. & pro-
pterea merito à Rege Saulo, ex illa tribu quoq; oriundo,
Saulus dictus. Cum verò Patriam agnosceret civitatem
Romanam, probabile utiq; est, quod in memoriam illius
Romano Pater eum nominare quoq; jussit nomine.
Pauli enim vox apud Romanos maxime erat recepta. Hinc
improbamus sententiam derivantium ē Græco οἰωνος seu
quiescere, quasi ex inquieto, quietus factus. Multo mi-
nus toleramus derivationem hebraicam, dum nonnulli
deducunt eam, à Ιωάννης mirabilis, eò quod mirabiliter
con-

conversus sit, vel à ΥΠΟ operatus est, quia plurimum la-
boraverit. Ita os & ἄνθρωπος quasi os tibiæ, quod est di-
vino præconis epitheton. Omnia hæc absq; fundamento.

7. Aristot: lib. 2. Phys. t. 26. cum ait: *Homo ho-
minem generat & SOL. Per vocem Solis
intelligere videtur, DEUM.*

Sunt quidem plurimi existimantium, Ambulatorum Prin-
cipem hoc in loco conjungere causam proximam, cum
remotâ generationis hominis, intelliguntq; per SOLEM
corpus illud cœleste. Verum per SOLEM intelligere
DEUM, proprius ad mentem Aristotelis videtur accedere:
Nam postquam Aristoteles t. 22. scqq. ostenderat Physi-
cum debere considerare utramq; naturam, materiam &
formam, in præsenti t. 26. quærerit, nunquid Physiologus
considerare debeat formam quomodo cunq;, an verò ad
certum terminum? quæstionem hanc determinat ex ana-
logia naturæ ad artem, namq; sicut in arte Medicus ner-
vum considerat & faber æs, non quoctunque modo, sed
usq; ad certum terminum; nempe Medicus nervum consi-
derat, ut est pars humani corporis vel actu vel potentia
sani. Faber autem considerat æs, ut est susceptivum sta-
tuæ. Ita prorsus dicendum esse, ait, de naturali Philoso-
pho, eum scilicet debere considerare naturam quæ forma
est, non quomodo cunq; modo ea considerari potest, sed
usq; ad certum terminum, nempe quatenus in materia est
vel non sine materia &c. Ut verò ostendat, tacite homi-
nem in sua generatione duplēm nactum esse formam, i-
dem subjungit duplēm causam efficientem, proximam,
hominem & Deum: hanc eandem mentem tenet Philoso-
phus. 3. Rhetor, c. 10. cum ait: Deum in anima lumen

intellectus accendere: scite innuens animam dependere à
DEO, ut lumen à Sole.

8. Lib. 10. Eth. c. 7. § 8. maximè Aristoteles re-
spectum habet ad bonum contemplativum
anime separatae.

Fatemur quidem cum Interpretibus Stagiritæ, Aristote-
lem dictis capitibus opponere vel potius conferre bo-
num practicum, cum Theoretico animæ in corpore consi-
deratæ: ita tamen hoc concedimus. Ut dicamus Aristote-
leum simul respectum & quidem maximè habere ad ani-
mam separatam. Hoc enim jubent conditiones, quas illi
hoc loco tribuit. Ait enim animam nostram felicitatem
obtinere summam, ex eo, quia cognoscat divinissima: hoc
verò propriè non competit animæ in corpore: nam ut
vespertilionum oculi ad lumen diei se habent, ita & intel-
lectus animæ nostræ ad ea quæ manifestissima omnium
sunt, l. 2. Metaph. c. 1, & non habemus occasiones intelli-
gendi coelestia cum longè distent. l. 2. Cœl. t. 60. 61. Assi-
diuissimum & continuum dicit esse bonum contemplatio-
nem; verum nec hæc conditio propriè competit animæ
in corpore consideratæ, nam homo corporeus in assidua
meditatione persistere nequit. 3. de an. t. 16. cum tamen
mortalis homo tota vita possit crescere, nutritri &c. maxi-
mè itaq; respicit separabilem. 3. de an. t. 7. II. 15. 16. 19.
hinc melius est etiam intellectui non cum corpore esse.
1. de an. t. 49. vide 3. de an. t. 20.

9. Paulus phrasit. Cor 15. v. 29. n. Barnabæ Corinthy
T. regar, potissimum responisse videtur ad con-
fessio-

feſſionem, quam edebant de mortuoram reſurrec‐
tionē baptizandi.

Inter duorum & Paulina jure merito ſcribitur & præſens lo‐
quendi formula: ſuper hac enim tot, quo capitā ferè, le‐
gere licet expositions. Quicquid fit, Nos cum ne‐
mine controverſiæ ſerram trahemus. Sed hoc dicimus,
ſive quis vocem ~~ſecundum~~ reddat Pro vel Super, vel præter.
Vocem verò ~~secundum~~ vel activè, vel paſſivè, vel propriè
vel impropriè, pariterq; vocem ~~reverentia~~ diverſimode acci‐
piat, ſive de baptiſmo vicario, ſive de ritu aliquo Eccle‐
ſiæ uifitato baptizandi ſuper demortuorum ſepulchra in‐
terpretetur, dicimus mentem Pauli eò tandem collimare,
ultimoto, ut ostendat temeritatē & incogitantiam ali‐
quam, quā laborent, dum corde non credunt ea, quæ ore
antea proſiteantur: ita ut de confeſſione maximè intelli‐
gendum veniat, quemadmodum etiam germacice loqui‐
mur: Ich wil mich darauff hinrichten lassen/ daß ein dreyeunis‐
ger Gott ſey. Oder/ daß Christus für uns gestorben ſey/ &c.
Philippum Melanchthonem ita fere controverſiam hanc
h. l. enodantem introducimus. Conſtat nunc (ait ille)
etiam cum infantes baptizantur, tamen recitari articulos
ſymboli. Id exemplum ſumtum eſt à primitivā Ecclesiā
in quā optimo conſilio institutum fuit, ut fieret pleniffi‐
ma professio ſingulorum articulorum. Et ſcribunt qui‐
dam adductos eſſe baptizandos ad ossa mortuorum, &
ibi professoſ eſſe articulum de reſurrecțione mortuo‐
rum, & interrogatos, an crederent hos ipſos reſurrectoros
eſſe, quorum ibi ossa intendentur, respondiffe, futurum, ut
hiſ ipſis vita reſtituatur. Quamquam hic ritus non fuit
uniuersalis, tamen omnes in Baptiſmo ubiq; planiſſime

professi sunt se firmissimā fide resurrectionē mortuō-
rū credere. Etsi multæ interpretationes de h. l. traduntur,
tamen valde sentanum est hanc simplicem interpreta-
tionem nativam & veram esse. ταῦται οὐ μόλις γένεται
ταῦτα τὸν τρόπον. Hæc ille, Notandum ultimo distinguere
nonnullos inter ῥεγῶν (ἀρχίσωε) & τὸν τρόπον cum articulo.
Illud ajunt denotare mortuos quosvis, hoc verò certos
nonnullos. Verum infirma est hæc distinctio quippe
cum promiscue usurpetur à Paulo h. l. v. 12, 13,
15, 20, 21, 29, 35, 42, &c.

TANTUM.



COROLLARIA.

I.

*An ex voce רָבָב rectè probetur Rabab fuisse
meretricem? Negatur. Nam vox hac etiam deno-
tare potest fæminam cibos vendentem וְ præpa-
rantem, cauponam, tabernariam, hospitam. Et in
hac significatione derivatur non à verbo רָבָב scor-
tatus est, sed à rad: רָבָב unde nomen רָבָב alimentum ci-
bus. Et huic explicationi favet Targum reddens
cauponaria à masc: פָּנָרְקִיְתָּא caupo. Quam
vocem adhibet Jud: 11, 1. Iepheth filius mulieris רָבָב
Targ: רָבָב utē 1. Reg: 3, 17. ubi in Hebraeo רָבָב
Targ: habet פָּנָרְקִיְתָּא caupona. Est verò vox hac פָּנָרְקִיְתָּא
וְejus fæmininum origine græcum. παρδοχε; enim vel*

παρδοχε;

*παρδοκεύεις (ex nomine πάντα omne Εἰ δένω Ιονικὲ pro δέξω
vel potius δέχουμαι capio) signif. eum, qui quemlibet
hospitio excipit Εἰ Fæm. παρδοκεύεια.*

III.


An Deus possit poni in prædicamento? Negatur loquendo de propriè dicta positione. Nam duplìciter aliquid poni potest in prædicamento, 1. πραγμάτων, Et sic ad prædicamenta tantum referuntur illa, quæ sub genere propriè dicto collocari possunt Et compositi quid sunt ex materia Et forma, subiecto Et accidentibus. Et sic rectè Deus ab ordine prædicamentorum segregatur, etiam juxta mentem Gracorum Interpretum Aristotelis dicentium: Aristoteli propositum esse in Categoris non de simplici substantia loqui, sed de compositâ. 2. Αριστοτελος. Et ita ad ea pertinent omnia illa, quæ juxta sermonem communem Et modum concipiendi nostrum, quacunq; ratione cum iis, quæ in prædicamento collocantur, convenientiam habent. Ethoc posteriori modo etiam Deus ab Aristotele in prædicamento ponitur l. I. Eth. c. 4. l. I. Eudem. c. 8.

III

An Philosophia definiri possit? Negatur. (Videtur Arist: eam definisse per primorum principiorum & primarum causarum scientiam, l. I. Met. c. I. &c. seu per scientiam veritatis l. 2. Metap. c. I. Ast hanc tantum est Descriptio, nec toti philosophia propria, sed per prius Metaph. tribuitur.) An

An Deus sit considerationis Metaphysica?
 Affirmatur. Deum enim ex Metaphysicis tollere,
 est eam nobilitate & objecto privare. Metaphy-
 sica enim præcipue debet considerare illud, quod ma-
 xime ens est, tale verò præter Deum nihil est. Nam
 substantia magis Ens est, quam accidens. Substan-
 tiā porro corruptibilem incorruptibilis nobilitate
 præit, immobilisq; mobilem. E. maximè immobile
 substantiam Metaphysica contemp'abitur, cum si
 præcipue ejus objectum, cetera tantum ētō μόνως. Hinc
 dicitur Theologia, l. 1. Metaph. c. 2. lib. 11. c. 6. it:
 Philosophia περὶ l. 1. Phys. t. 83. Videantur requi-
 sita sapientiae, l. 1. Metaph. c. 2. l. 12. c. 10. l. 5. Eu-
 dem. c. 7. & apparebit ea maximè competere Me-
 taphyica ob Deum. Et hinc merito salutatur ἀπο-
 ϕέσις, θεοτήτη καὶ πρωτότητη, l. 2. Metaphys. c. 2.
 αὐταλλῷ ἵκειται Μεταφυσικὴ πρωτότητα.

l. 6. Eth. c. 7.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729617580/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729617580/phys_0019)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729617580/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729617580/phys_0020)

DFG

*meritorious (ex nomine nō omne ē dēm
vel potius dēmerit capio) signif. cum
hospitio excipit ē Fœm. meritoria.*

III.

An Deus possit ponи in pradicatur loquendo de proprietate dicta positio citer aliquid ponи potest in prdicantibus, Et sic ad prdicamenta tantum quae sub genere proprietatis collocari positi quid sunt ex materia Et for accidentibus. Et sic recte Deus ab mentorum segregatur, etiam juxta n Interpretum Aristotelis dicentium: positum esse in Categoris non de si loqui, sed de composita. 2. Axiom. 6 nent omnia illa, quae juxta sermonem modum concipiendi nostrum, que cum iis, quae in prdicamento collidentia habent. Et hoc posteriori in ab Aristotele in prdicamento ponit. I. Eudem. c. 8.

III.

*An Philosophia definiri possit
detur Arist: eam definisse per primū
causarum scientiam, l.
seu per scientiam veritatis l. 2. Ne-
tantum est Descriptio, nec toti phi-
losophie sed per prius Metaph. tribuitur.)*

